Monatlicher Beytrag
zu den
Budißiniſchen wöchentl. Nachrichten.

October 1785.

Ad Ehrenthalium, Epiſcopum Danabenſem.

Laudibus Aſcanii, credis, factum eſſe ſuperbum
Hunc hominem, nec vult diſplicuiſſe Viro.
Occulte ſed quod prior iſta ſuperbia creſcit,
Fas eſto verum dicere, nonne tuum?

De Samiorum Legatis.

Vrbs antiqua iacet, rigidi tenuere Lacones,
Sermonis nimium gens ſtudioſa breuis.
Accidit, vt de re communi claſſe venirent
Legati Spartam, miſerat alta Samos.
Non ſecus, ac ranæ breuiori nocte loquaces,
In cœtu faciunt verba diſerta viri.
Finis adeſt dictis: longo ſermone moleſti
Reſponſum tandem quale tulere domum?
Hoc: meminiſſe poteſt quis prima, quis vltima? nemo:
In noſtris poſthac auribus eſte breues.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden